



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Ioannis Baptistæ Saluiatiobitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

minici, & in cœnobio S. Mariæ supra Mineruam, cunctis tam subitam hominis mutationem stupentibus, sacrū habitū quarto idus Februarias sumpsit, qui intra paucos menses nouitius pietatis ardore feruens, fiduciaque plenus diem obiit.

Eodem anno, ac mense alius adolescens Paulus è Philippi schola eadem se cœnobio mancipauit, qui cum breui maximos in spiritu progressus fecisset, fiduciæ itidem plenus, ac spei migravit è vita: Religiosus factus, mutato nomine, Ioannes appellari voluit.

Ioannis Baptiste Saluiatiobitus.

*Quod de
Ioanne
Baptista
narratur,
omnibus
Philippi
discipulis
notissimū*

EO ipso anno idib. Octobris migravit è vita Ioānes Baptista Saluiatus, de quo superiore libro est dictum, quippe qui Philippi operavnā cum coniuge Portia cœlestem pene in terris vitam degebat, summa totius Urbis admiratione, ut quæ horum diuitias, nobilitatem,

iuuen-

iuuentutem, corporis venustatem,
& anteaſtæ vitæ delicias nouerat.
Is cum grauiffimo morbo afflicta-
tus, extremum ageret ſpiritum,
horratu B. Patris, ac Vincentij Her-
culani tum cænobij S. Mariæ ad Mi-
neruam Prioris, poſt Sarſinæ pri-
mum, deinde Fori Cornelij, demum
Peruſiæ Epifcopi, ſub veſperum in-
ſtante prope morte ſacratiffimum
viaticum ſumpſit, idque tanta cum
animi tranquillitate, atque conſtā-
tia, vt cum de morte ſibi inſtante
cognouiſſet, omnibus illico audien-
tibus, clara, alacriq; voce imperter-
ritus dixerit: Lætat⁹ ſum in his, quæ
dicta ſunt mihi, in domum Domini
ibimus. nec multo poſt totus in cæ-
leſtem patriam anhelans felicem in
Philippi Patris complexu, læto, a-
lacriq; vultu, ſpiritum emiſit.

Pſal. 121.

Quo mortuo, eius vxor Florentiæ,
vbi tum erat, monialis habitum, in-
ſequenti mox anno, menſe Mar-
tio, induta; poſtmodum cæli mu-
tandi

tandi studio in Urbem reuersa cœnobium S. Catharinæ nomine construxit in Viminali ; vbi ad diem hunc degit.

Philippus grauiter egrotat.

*Sancti Viri
agri frequenter
leguntur. Si-
de B. Gre-
gorii Pa-
pam lib. 2.
ep. 32. lib.
5. ep. 61 lib.
7. ep. 14. &
127. & lib.
8. ep. 35.
Edit. Rom.
Percurre
in super
Georgium
monachū
in Theodo-
ro Sicaota,
& Guliel-
mum Abb.
Vitæ S. Ber-
nardi lib.
1. c. 8. & 12.*

VExebatur assidue Philipp⁹, no-
uā Domino seruo suo aurearū
coronarum in dies materiam præ-
bente, diuturnis, & periculosis mor-
bis : ægrotabat grauissimè bis fre-
quenter in anno. Ego quidem ex eo
tempore, quo primū apud illum
esse cœpi, nempe ab anno Domini
millesimo quingentesimo septua-
gesimo ad nonagesimum quintum
vsq; , quo ille obiit, nullum vnquam
annum abiisse memoria teneo quin
in morbum delapsus sit.

Æger cum esset, etsi ad febrim a-
cerrimi dolores accedebant, nulla
tamen cura, ne minima quidem cō-
ficiebatur: grauitatē morbi, vt à Deo
missi, nō constanti solū animo, sed
libenti etiā ferebat; patientia autem

tanta